



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

Prima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

ALIAS error est, de quo difficultior quæstio est: Si quis ignorans ducit ab alio compressam, aut grauidam ex alio, an licet dissolvi sponsalia & coniugium, ut sæpe perit. Sæpe affertur hæc quæstio in iudicia, sed usitato iure pronuntiatur, ut sponsus seu maritus retineat ante compressam a se uel ab alio, siue sciens, siue inscius talam doxerit. Et fortassis in recentibus constitutionibus hoc sanctum est, ut facile dissoluantur coniugia, & ne armetur leuitas eorum, qui libenter uxores qualicunque prætextu abiiciunt, quoquo modo uoluntate mutata. NOSTRA sit igitur præsens consuetudo, de qua extinti dicta expressa in iure Canonico. Sed in Deuteronomio, cap. 22. alia sententia est, quæ iubet lapidibus obrui compressam ab alio, que postea tanquam virgo nupis alteri, si fuerit accusata, & uir perit divortium. Hæc fuit uetus severitas in lege diuina, quam aliquantisper & aliæ gentes sapientiores imitatae sunt. Creuia apud Euripidem grauida nubit Xutho duci, & natus est ex ea Ion, quem mater infans exposuit. Postea re prolata mater supplicium metuit, sed sernatur à Pallade. Et apud Terent. in Hecyra, Pamphilus non uult recipere coniugem, quam putat ex alio grauidam fuisse. Erant igitur in eo casu usitata diuortia. Sed addam ordine de quibusdam casibus accommodatas commonefactiones.

## P R I M A.

LEX Moysi iubebat eum, qui compressisset puellam, ducere eam utorem, & ei dotem attribuere, siue promisisset coniugium, siue non promisisset. Sed nostra iura non cogunt te ducere à te compressam, si non promisisti coniugium. Dotis tamen mentionem faciunt. Ducat aut dotet. Quod idem fuit usitatum Attico iure.

## SECUND A ADMONITIO.

FORTASSI ideo ab antiqua consuetudine discessit recentioritas, quæ cogit retinere compressam ab alio, quia si licet retinare nouam nuptram, sæpe propter suspiciones aut offensiones qualicunque in periculum uenirent innocentes. Sæpe etiam patefierent arcana delicta, quæ regi multo honestius & utilius est, iuxta illud: Omnia delicta tegit dilectio. Itaque gubernatores prohibere accusationes uoluerunt: Nec uituperandum est hoc consilium. ETSI autem non ferro nouas leges, tamen modeste dicere licet, quid videatur prodesse. Primum tentanda est reconciliatio, ut is, qui errore duxit compressam ab alio, retineat eam, præsertim si est modesta. Quia diuertia sæpe magna calamitates sequuntur, quarum habenda uero est à iudice, & ab auctore. Sin autem reconciliatio perfici non potest, sapiens iudex, cuius ea est autoritas, ne postea mire ur-

Dd 5 sen-entia,